

De ratione studii [Adami]

Adami, Martina (2022). De ratione studii ac legendi interpretandique auctores: Erasmus von Rotterdam und seine Vorstellungen von einem guten Unterricht. Ars docendi, 11, giugno 2022.

Il saggio „De ratione studii ac legendi interpretandique auctores“ di Erasmo da Rotterdam è un'interessantissima riflessione su metodi di studio per il latino e greco, soprattutto per le lezioni di letteratura vera e propria.

Auf den folgenden Text von Erasmus von Rotterdam machte Prof. Stefan Kipf in einem Online-Vortrag aufmerksam. Im Jänner 2022 hatte die Universität Freiburg Stefan Kipf zu einem hochinteressanten Gastvortrag eingeladen: „Man muss zu den Quellen eilen! Geschichte und Perspektiven des altsprachlichen Lektüreunterrichts“.

S. Kipf bezog sich dabei nicht zuletzt auf seine Arbeit an einem entsprechenden Fachartikel für das Fachlexikon Latein- und Griechischunterricht, UTB¹.

Dabei ging S. Kipf auf unterschiedliche Begriffe der Literaturdidaktik ein (F. Maier z. B. verwendete stets den Begriff „Lektüre“, während P. Kuhlmann von „Literatur“ spricht, mit unterschiedlichen Zielsetzungen), zitierte eben auch Erasmus von Rotterdam „De ratione studii ac legendi interpretandique auctores (1511) und berief sich auf Markus Schauer, welcher die Beschäftigung mit antiken Texten 2020 als „neutralen Experimentierraum“ bezeichnete und dem Lektüreunterricht in Latein und Griechisch damit auch heute noch einen ganz großen Wert verlieh.

Den Begriff der Übersetzung im Gegensatz zu „Lektüre“ gibt es erst seit dem 18. Jahrhundert. S. Kipf ging im Weiteren auf verschiedene Interpretationen und Vorstellungen des Lektüreunterrichts im 19. und 20. Jahrhundert ein und legte Prinzipien der Lektüreunterrichts heute (Schülerorientierung durch Gegenwartsbezug, Differenzierung von Lektüreformen, Lektüreunterricht und Sprachbildung, Kanonfragen, Textkompetenz und/vs. Literaturkompetenz) ausführlich dar.

Das nur als Einleitung, denn S. Kipf hat mich neugierig gemacht und mich angeregt, mich wieder einmal etwas genauer mit Erasmus von Rotterdam zu beschäftigen.

Die Enzyklopädie „Britannica“ schreibt über „De pueris instituendis“, einen Folgetext von „De ratione studii“ (in späteren Ausgaben auch immer gemeinsam abgedruckt) Folgendes:

De pueris instituendis, written in Italy though not published until 1529, is the clearest statement of Erasmus's enormous faith in the power of education. With strenuous effort the very stuff of human nature could be molded, so as to draw out (e-ducare) peaceful and social dispositions while discouraging unworthy appetites. Erasmus, it would almost be true to say, believed that one is what one reads. Thus the "humane letters" of classical and Christian antiquity would have a beneficent effect on the mind, in contrast to the disputatious temper induced by Scholastic logic-chopping or the vengeful amour propre bred into young aristocrats by chivalric literature, "the stupid and tyrannical fables of King Arthur.

¹ Fachlexikon zum Latein- und Griechischunterricht, 1. Auflage, hrsg. von Stefan Kipf und Markus Schauer, UTB, Narr Francke Attempto Verlag u.a., geplantes Erscheinungsdatum: 17.10.2022

Der unmittelbare Ausgangstext, „De ratione studii“, gestaltet sich ebenso wie „De instituendis pueris“ als ein Brief, gerichtet an Erasmus' Freund Peter Viterius, als Antwort auf seine Frage nach dem besten pädagogischen Wirken in seiner beruflichen Rolle. Peter Viterius hat als Literaturprofessor (professor liberalium disciplinarum) in Paris gewirkt, zunächst am collège des Lombards, einem der collèges étrangers der Universität von Paris, gegründet 1334, später am collège de Navarre (gegründet 1304 für Studenten aus der Provinz von Navarre, das College war in den Grundstudien aber auch für alle Interessierten offen; es wurde während der Frz. Rev. aufgelöst).

Proinde rogas, ut tibi studiorum ordinem ac viam formamque praescribam, quam tu, veluti Thesei filum secutus, et in autorum labyrinthis citra errorem versari queas, et ad eruditionis summam celerius emergere, vel magis aliorum studiis consulere, quos bonis literis instituis. (...)

Principio duplex omnino videtur cognitio, rerum ac verborum. Verborum prior, rerum potior. Sed nonnulli dum ἀνίπτοις (ut aiunt) ποσὶν ad res discendas festinant, sermonis curam negligunt, et male affectato compendio in maxima incidunt dispendia.

Etenim cum res non nisi per vocum notas cognoscantur, qui sermonis vim non callet, is passim in rerum quoque iudicio caecutiat, hallucinetur, deliret necesse est.

Postremo videas nullos omnium magis ubique de voculis cavillari, quam eos, qui iactitant sese verba negligere, rem ipsam spectare.

Quapropter utroque in genere statim optima, et quidem ab optimis sunt discenda.

Quid enim stultius, quam magno labore discere, quae postea maiori cogas dediscere.

Nihil aut facilius discitur quam quod rectum ac verum est. At prava si semel inhaeserint ingenio, dictum mirum, quam non possint revelli.

Primum igitur locum grammatica sibi vendicat. (...)

Non modo quod his duobus linguis (i.e. lingua Latina, lingua Graeca, ma) omnia ferme sunt prodita, quae digna cognitu videantur, verum etiam quod utraque alteri sic affinis est, ut ambae citius percipi queant coniunctim, quam altera sine altera, certe quidem latina sine graeca.

A graecis auspicari nos mavult Quintilianus, sed ita, si his literis perceptis, non longo intervallo latinae succedant, sane utrasque pari cura tuendas esse monet, atque ita futurum, ut neutrae alteris officiant. Ergo utriusque linguae rudimenta, et statim, et ab optimo praeceptore sunt haurienda. Qui si forte non contingat, tum (quod est proximum) optimis certe utendum autoribus, quos equidem perpaucos, sed delectos esse velim. Inter graecos grammaticos nemo non primum locum tribuit Theodoro Gazae. Proximum mea sententia Constantinus Lascaris sibi iure suo vendicat. Inter latinos vetustiores Diomedes. Inter recentiores haud multum video discriminis, nisi quod Nicolaus Perottus videtur omnium diligentissimus, citra superstitionem tamen.

Verum ut huiusmodi praecepta fateor necessaria, ita velim esse quantum fieri possit, quam paucissima, modo sint optima. Nec umquam probavi literatorum vulgus, qui pueros in his inculcandis complures annos remorantur. Nam vera emendate loquendi facultas optime paratur, cum ex castigate loquentium colloquio convictuque, tum ex eloquentium autorum assidua lectione, e quibus ii primum sunt imbibendi, quorum oratio praeter quod est castigatissima, argumenti quoque illecebra aliqua discentibus blandiatur. Quo quidem in genere primas tribuerim Luciano, alteras Demostheni, tertias Herodoto. Rursum ex poetis primas Aristophani, alteras Homero, tertias Euripidi. Nam Menandrum, cui vel primas daturus eram, desideramus.

Rursum inter latinos quis utilior loquendi autor quam Terentius. Purus, tersus, et quotidiano sermoni proximus, tum ipso quoque argumenti genere iucundus adolescentiae. Huic si quis aliquot selectas Plauti comoedias putet addendas, quae vacent obscoenitate, equidem nihil repugno. Proximus locus erit Vergilio, tertius Horatio, quartus Ciceroni, quintus C. Caesari. Sallustium si quis adiungendum arbitrabitur, cum hoc non magnopere contenderim. Atque hos quidem ad utriusque linguae cognitionem satis esse duco.

Neque enim mihi placent, qui in evolvendis hunc in usum autoribus etiam quibuslibet vitam omnem conerunt. Prorsus infantem existimantes eum, quem ulla chartula suffugerit. Ergo parata sermonis facultate, si non luxuriosa, certe casta, mox ad rerum intelligentiam conferendus est animus. Tametsi ex his etiam scriptoribus, quos expoliendae linguae gratia legimus, non mediocris obiter rerum quoque cognitio percipitur.

Verum ex instituto, omnis fere rerum scientia a graecis autoribus petenda est.

Nam unde tandem haurias vel purius, vel citius, vel iucundius, quam ab ipsis fontibus. Sed quo ordine disciplinae discendae sint, et ex quibus potissimum praeceptoribus, id alias fortasse rectius ostendemus.

Interim ad primae aetatis studia revertamur. Ut igitur ex his autoribus, unde linguae copiam petendam esse diximus, fructum capias et maturius et uberius, Laurentium Vallam tibi censeo diligenter evolvendum, qui de latini sermonis elegantia scripsit elegantissime. Huius adiutus praeceptionibus ipse per te non pauca adnotabis. Neque enim te velim per omnia velut addictum Laurentianis servire praeceptis.

Adiuvabit hoc quoque, si figuras grammaticas a Donato ac Diomede traditas edidiceris. Si carminis leges ac formas omnes tenueris, si rhetorices summam, hoc est propositiones, locos probationum, exornationes, amplificationes, transitionum formulas in promptu habueris.

Conducunt enim haec non solum ad iudicandum, verum etiam ad imitandum.

His itaque rebus instructus, inter legendum autores non oscitanter observabis, si quod incitat insigne verbum, si quid antiquae aut nove dictum, si quod argumentum, aut inventum acute, aut tortum apte, si quod egregium orationis decus, si quod adagium, si quod exemplum, si qua sententia digna, quae memoriae commendetur. Isque locus erit apta notula quapiam insigniendus. Notis autem non solum variis erit utendum, verum etiam accomodatis, quo protinus quid rei sit, admoneant.

Ad haec si quis dialecticam addidendam statueret, non admodum refragabor. Modo ab Aristotele eam discat, non ab isto loquacissimo sophistarum genere. (...)

Verum illud interim memineris, optimum discendi magistrum esse stilum.

Erit hic igitur in carmine, in oratione libera, in omni argumenti genere diligenter exercendus. Neque negligenda memoria, lectionis thesaurus. Eam tametsi locis et imaginibus adiuvari non inficio, tamen tribus rebus potissimum constat optima memoria, intellectu, ordine, cura.

Siquidem bona memoriae pars est rem penitus intellexisse.

(...)

Haec enim tametsi singula per te pusilla videntur, tamen in unum collata acervum, doctrinae thesaurus lucro augent, haudquaquam negligendo τῷ εἰς ἄφρονον σπεύδοντι, id est his opibus properanti ditescere. Postremo illud non ad unum aliquid, sed ad omnia simul plurimum conducet, si frequenter alios quoque doceas. Nusquam enim melius deprehenderis, quid intellegas, quid non. Atque interim nova quaedam occurrunt commendanti disserentique, nihil non altius infigitur animo.

Es geht mir hier nicht um eine didaktisch/methodische Aufarbeitung dieser Textstelle, sondern um eine Anregung, welche sich Lehrpersonen selbst zu Herzen nehmen sollten, einfach als kleine Lektüre zwischendurch – geschrieben von jemandem, dessen Überlegungen auch heute noch kaum etwas von ihrem Wert verloren haben.

Erasmus von Rotterdam betont in den zitierten Textausschnitten die Bedeutung und die zentralen Aufgaben der Lehrpersonen, die heute gern übersehen werden bzw. in den unzähligen Aufgaben, die an die Schule delegiert werden, zu wenig wahrgenommen werden.

Gleichzeitig verweist er auf den Wert der Überlieferung, auf das, was wir heute wohl am besten mit „Kultur“ bezeichnen (auch wenn dieser Begriff inzwischen neuerlich zu klären wäre), und betont dabei etwas ganz Zentrales: Es geht um die Art und Weise der Aufnahme, kein bloßes Nachahmen und Nachrennen, sondern um Auseinandersetzung.

Diese Auseinandersetzung gelingt am besten im Eintauchen in die alten Schriften, muss aber unbedingt im gemeinsamen Dialog aufgearbeitet werden. Man hat dann am besten verstanden, wenn man die Inhalte anderen nahebringen und erklären kann. Dabei geht es nicht nur um rhetorische Fähigkeiten und Stilfragen (*lingua prior*), sondern um ein echtes Studium (*rerum potior*). Und um regelmäßiges Üben, Üben, Üben.

Sie sehen, die didaktischen Fragen, die wir uns heute stellen, sind keineswegs neu: Erasmus von Rotterdam aber hat höchst interessante Antworten darauf gefunden, die v.a. auf einem Ausgleich, auf einem guten Gleichgewicht beruhen, zwischen individuellen Zugängen und harter Trainingsarbeit. Auf „*intellectu, ordine, cura*“ beruht die memoria und auch der stilus, damit ist ganz viel gesagt – und kein Element ist über das andere zu stellen. Eine gute Lehrperson findet hier in der Buntheit der eigenen Klasse geeignete und auch wahrscheinlich notwendige unterschiedliche Zugänge.

Auch die Kanonfrage schneidet Erasmus an und gibt eine ganz klare Antwort: *quam paucissima, modo sint optima*. Wer die Besten sind, darauf versucht Erasmus seine Antworten zu geben. Für die heutige Zeit muss die Auswahl sicher etwas verändert werden. Trotzdem bleibt ein wichtiges Prinzip bestehen: nicht zu viel, dafür aber in richtiger Auseinandersetzung.

Aus meiner Sicht ein höchst interessanter Text, der eine ganz wichtige Qualität besitzt: Er regt in vielfacher Hinsicht zum Anknüpfen und Weiterdenken an.